

Decreto de erección del Colegio Romano de la Santa Cruz; 29- VI-1948.

“El itinerario jurídico del Opus Dei. Historia y defensa de un carisma”. Libro escrito por A. de Fuenmayor, V. Gómez-Iglesias y J. L. Illanes

31/01/2012

RHF, D-15096.

**Societas Sacerdotalis Sanctae
Crucis**

et

Opus Dei

Ut ad cathedram Petri, Christi Vicarii, cuius dignitas in Beatissimo Domino Nostro, Ipsius herede, quin deficiat claris fulgoribus perpetuo splendet (cfr. S. Leo, Sermo II, in Anniversario Assumptionis suae), et ad gloriosum S. Pauli, Doctoris gentium, sepulchrum, superaedificatum super fundamentum Apostolorum Ipsique Angulari lapidi Christo Iesu firmiter inhaerens (Eph. II, 20) solidum ac securum aedificium crescat nostrae catholicae et apostolicae culturae ac formationis tam in illis dilectis filiis nostris, qui ad sacerdotium destinantur, quam in aliis qui divina vocatione praelia Domini ubique omnibusque modis et armis saeculari nobili ratione praeliari debent, auditis et consentientibus nostris Consultoribus, Collegium ex omni

natione Operis Dei in Urbe
constituere decrevimus.

Quam ob rem, Christo Salvatore ac
Domino Nostro suppliciter
fiderenterque invocato, Beatae Mariae
Virginis, dulcissimae Matris nostrae,
tutelae ac praesidio re commendata,
atque Sanctorum Archangelorum
Michaélis, Gabrielis et Raphaélis, et
Sanctorum Apostolorum Petri, Pauli
et Ioannis patrocinio confisi, hoc
nostro decreto, Collegium ex omni
natione Operis Dei, quod ad omnes
effectus, qui ex nobis pendent, hodie
erigimus atque erectum declaramus.

Quod Collegium Romanum Operis
Dei, in cuius praeparatione et
erectione suavem providamque
aeterni Numinis opem persensimus
et experti sumus, ut in dies vigeat,
crescat, foreat fructusque optimos
edat, paterno animo ominamur
incensaque prece a Deo efflagitamus.

Dabamus Romae ad limina
Apostolorum, in festo SS. App. Petri
et Pauli, die XXIX iunii, anno
MDCCCCXXXXVIII.

L + S Josemaría Escrivá de B.

A. de Fuenmayor, V. Gómez-
Iglesias y J. L. Illanes

pdf | Documento generado
automáticamente desde [https://
opusdei.org/es-es/article/decreto-de-
ereccion-del-colegio-romano-de-la-
santa-cruz-29-vi-1948/](https://opusdei.org/es-es/article/decreto-de-ereccion-del-colegio-romano-de-la-santa-cruz-29-vi-1948/) (20/06/2025)